ſeſſionis requirat libellus, vide Bal. in fi. l. j. C. ſi de momēta. poſ.
fue. appel. ⁊ vide ꝙ no. Imo. ī l. filio preterito, de iniu. rup. ⁊ Bar.
in fi. hui⁹ col. Et an debeat ſpecificari ex quo capite agnoſcitur.
bon. poſ. vide Bal. in rub. C. qui admit. ⁊ adde Bart. poſt. Cy. in
l. fi. in iij. q. C. vnde legi. ⁊ per ea que habent in l. in cauſe. §. cauſa.
ff. de mino. dicit Bal. in l. Pomponius. de procu. ꝙ vbi aliquid fit
cū preſentia partis, vel ea citata, preſumitur fieri cauſa cognita.
d POMA. ¶ Tertio quero. Et vide Bal. in ru. C. qui admit.
e ALEX. ¶ Debet requiri. An citatio partis requiratur, ⁊ vide
Bal. in rub. C. qui admit. in iij. queſtio. ⁊ Bald. in l. j. in iij. iiij. ⁊
op. eo. ti. ⁊ ibi an vbi non ſit contradictor, requiratur citat
an obſtent ferie, ⁊ in l. fin. eo. tit. quid autem in bon. poſ. ex e-
di. vide Bal. in l. fi. C. vnde lib.
f ALEX. ¶ A gl. noſtra. Et p iſtā gl. ⁊ q̃ hic dicunt, dicebāt B.
⁊ doc. in l. ſed ſi hae. §. pretor ait. de in ius vo. ꝙ licet in petitione
venie de qua ibi, requirat cauſe cognitio, tamē pōt cōcedi parte
nō citata, q͛ eſt actus extraiudicialis, nec ibi de magno preiudi-
cio tractat. Nec. obſt. ꝙ ibi requirat cauſe cognitio. d. §. pretor
ait, q͛ pōt reſpōderi vt hic per Bar. adde quod dicebat Bal. in
l. ea que, quomodo, ⁊ quando iudex: ꝙ in quibuſdā caſib⁹ requi-
ritur citatio, vt in his que ſunt preambula citationū, ſicut eſt im
petratio venie. Itē quando petitur poſ. bo. vt hic. Item in dan-
dis apoſtolis. l. eos. C. de appel. Item quādo pretor aperit edictū
omnibus tam citatis, quam nō. l. cum vnus. j. de bon. aut. iu. poſ.
adde Bal. in rub. C. qui admit. bene facit ꝙ no. Bar. in l. ait pre-
tor. §. ſi debitorem j. que in frau. cred. Item allegatur iſta gl. ꝙ in
officio iudi. nō requiritur citatio, ꝙ eſt verū in iuriſdictione volū
taria, q̃ nō tāgeret ius partis, alias ſec⁹. Itē ſecus in iuriſdictiōe
cōtentioſa. Et vide Bal. poſt Bar. in l. j. quorum bo. C. ⁊ ꝙ dicit
in inquiſitione, iuxta ea que ſcripſi in l. ij. §. ſi publico. j. de adult. ⁊
vide que dixi poſt Bar. in l. ij. de re iud. ⁊ in alijs que expediuntur
officio iudicis, an requiratur citatio? Dic, ꝙ ſi tractatur de pre-
iudicio, ꝙ ſic, per id ꝙ no. Bal. poſt Bar. in authen. ſi quis in ali
quo. C. de eden. ⁊ per Inn. in c. humilis de ma. ⁊ obe. ⁊ ꝙ dixi in l.
de vno. de re iu. Et ſi petatur inſtrumentum inſinuari, an requira
tur citatio? vide Bal. in l. j. in fi. C. de lit. cōteſt. ⁊ l. fi. §. illud. C. eo.
⁊ ſic no. hic gl. ⁊ doc. ꝙ vbi non eſt cōtradictor, nō requiritur ci-
tatio, ⁊ idem Inn. in c. fi. de preſum. ⁊ Bal. in l. non dubium. C. de
leg. ſed Bar. in l. de etate. ſ. de mino. dicit ꝙ tunc debet fieri pro-
clama generale: ſed cum Cy. in l. fi. C. qui admit. concordant
Bal. in l. ij. C. de his qui ve. eta. impe. ⁊ Bar. in l. fi. C. de edic.
in queſt. an in miſ. in poſſeſſio. requiratur citatio. ⁊ Bald. in l. j.
ſta. in ver. ſed pone. C. de re iudi. Et hanc gl. alleg. etiam not. Bal.
in l. fi. in fi. C. qui. res iu. non nocet.
g ALEX. ¶ Sed an, ⁊c. Adde Bal. in l. j. C. quo. bo. ⁊ in l. j. ſ. de iu-
riſ. omnium iudic.
h ALEX. ¶ Velle gl. Adde Bar. in l. j. in fin. C. ſi de momen. poſ. ⁊
Bal. in l. fin. C. vnde legi. ſed an qui obtinuit contrata, habeat ne-
ceſſe petere bonorum poſſ. vnde liberi, vide per Imol. in l. ſi filius
qui in poteſtate. de lib. ⁊ poſthu.

1 ☞ Accreſcendi ius inter coniunctos coniunctione legali, habet
locum in ſucceſſoribus vniuerſalibus, non in particularibus.

## §. In bonorum.

In bonorum poſſeſſionibus lo-
cum habet ius accreſcendi. Itē
portio deficiens accreſcit ei, qui ſuam agnouit ſine noua agnitio-
* ne, ſi eodē iure ſuccedebant: ſecus ſi diuerſo. * hoc dicit vſqꝫ ad j.
proximam l. ſed cū patrono. §. bonorum. In tex. ibi, ius eſſe accre
ſcendi, ſine noua petitione, ſeu agnitione, vt ſequit. No. tex. ceteri,
⁊c. q͛ eſt no. De materia huius §. habes C. qn̄ non peten. par. per
Pe. de bel. Opp. primo extra gl. inter coniunctos cōiunctione le-
gali non eſt locus iuri accreſcēdi. l. ⁊ Proculo. ſ. de lega. ij. Solu.
1 † Verum eſt in particularibus in proprietate: vt ibi, ſed in vniuer
ſalibus

ſalibus ſucceſſoribus eſt locus iuri accreſcendi,vt hic , ſiue ſucce-
datur ex teſtamento,l.ſeruus communis ab extero,⁊ ibi bona gl.
ſ.de acqui.here.ſiue ſuccedatur contra teſtamentum , vt per bo.
poſ.contra tab.l.ſi duobus.in prin.j.de contra tab . ſiue ab inte-
ſtato vt hic,⁊ C.quando non pe.par.per totum : ſiue ſuccedatur
de iure ciuili,vt j.de ſuis,⁊ leg.l.ſi ex pluribus.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS.¶Secus ſi diuerſo.Iſtud limitat Bal.
in authent.preterea.C.vnde vir ⁊ vxor.

LEX VI.

1 ☞Bonorum poſſeſſio ex teſtamento,⁊ vnde liberi ab inteſta-
to,ex poſt facto concurrere poſſunt.
2 Accreſcendi ius non habet locum inter heredes , ⁊ legatarios
poſt emolumentum queſitum,niſi in vſufructu , niſi quando ali-
quis peteret reſtitutionem vt abſtineret.
3 Accreſcendi ius non impeditur per exiſtentiam ſui heredis.

* **SEd cum patrono.** *Dicitur hic, quod
ſcripto repudiante,
patronus poteſt totum petere,quero quo iure petit? Per cōtra
tabu,non,quia non competit, niſi ad certam partem : per ſecun-
dum ta,non,q2 non eſt ſcriptus.Gloſſ. reſpondet tribus modis,
Primo,ꝙ petit per vnde legitimi,l.ij.in fi.⁊ l.iij.vnde legi.⁊ Inſt.
de libertis.§.multis.Hec ſolu.non eſt vera,q2 contra tabu . ⁊ ex
teſtamento.⁊ bonorū poſ.ex teſtamento,⁊ ab inteſtato , non poſ-
ſunt concurrere,l.j.§.j.j. ſi tabu.teſt.nul.exta. ſed hic concurre-
rent bonorum poſ.ex teſtamento,⁊ vnde legi.⁊ ab inteſtato,ergo
1 ⁊c.Sol.†Uerum eſt,quod ab initio non poſſunt concurrere, ſed
ex poſt facto ſic,arg.l.circa.ſ.de inoffi.teſta. Uel melius dico, ꝙ
datur bonorū poſ.vnde legi.in totum ab inteſtato, ⁊ illa bonorū
poſ.contra tab.conuerteretur in vnde legi . Hec probatur in l.ſi
libertus preterito.in princ.j.de bon.lib.⁊ l.ij.§.ſi ſi ſub conditio-
ne.j.de bonorum poſ.ſecundum tab.⁊ hoc puto verius. Alij di-
cunt,quod patronus intentabit bonorū poſ.ſecundū tabu.q2 in
locum repudiantis ſucceſſit . Hoc non placet, q2 non ſuccedit in
locum repudiantis,vt veniat iure illius,ſed iure ſuo,vt no. ſ.eo.l.
iij.§.acquirere.in ſo.cōtrarij.l.j.§.quibus.j.de ſuc.edi.Alij dicūt,
ꝙ veniat per vnde leg.bonorū poſſeſſio.non placet,quia cum ha-
bet ordinariam,ſcilicet vnde legitimi,non debet venire per extra
ordinariam,vt l.in prouinciali.de ope.no.nun.⁊ ſic tene primā,ꝙ
veniat per vnde legitimi in totū. Iſta opi.retenta, videtur ꝙ iſta
lex non procedat.Aut enim dicis ꝙ inſtitutus nunquam adiuit,
⁊ tunc patrono nunquam competit contra tab.l.illud.j.de con-
tra tabu.⁊ l.etiam.§.vt patronus.j.de bo.liber.ſed tex.dicit ↄ̄riū.
Aut dicis,quod heres adiuit , ⁊ tunc non potuit repudiare , ſed
tex.dicit contrarium,quare male . Huius timore gl.dicit , ꝙ he-
res adiuit,ſed abſtinuit per reſtitutionem in integrum , ⁊ poteſt
2 eſſe bona ſolu.Et ex ipſa no.†ꝙ licet poſt emolumentū queſitum,
nō ſit locus iuri accreſcendi inter heredes,⁊ legatarios,niſi in v-
ſufructu.l.j.circa fi.de vſufr.accre.hoc eſt verum, niſi aliquis pe-
tat reſtitutionem vt abſtineret,vt hic:expreſſius in l.ex cōtractu.
cum ſua gl.j.de re iudi.Alij dicunt,ꝙ hic fuit inſtitutus filius li-
berti,qui nunquam ſe immiſcuit,tamen exiſtentia ſui heredis o-
peratur vt competat contra tab.l.⁊ ſi ex modica. §. ſi filius.j. de
3 bon.lib.Ex quo no.†ꝙ ius accreſcendi nō impeditur per exiſten-
tiam ſui heredis.Tertij dicunt,ꝙ vnus ex heredibus adiuit,qui
poſtea renunciauit beneficio alterius abſtinentis ſe,l.cum here-
ditate.ſ.de acquiren.here.⁊ iſta etiam poteſt eſſe bona.

ADDITIO.

* CLAV.DE SEISS.¶Sed cum patrono. Ad huius legis li-
mitationem vide Alex.in l.Papinianus.ſ.ad trebel.

a **§.Bonorum.** ªOp.ꝙ iſta lex non ſit neceſſaria ha-
bentibus ius legitimum, q2 eo ipſo
ꝙ petunt bonorum poſ.videntur ſe gerere pro herede. l. puberē.
C.de iure delibe.Solue vt in gl.hic,⁊ ibi.Quero,dicit hic,quod
legum tuendarum,⁊c. Gl. ponit plura exempla.ſed nos ponemꝰ
j.vt ex legibus ⁊ ſena.bonorum poſ.detur.vbi eſt rubri.

ADDITIO.

a ALEX.¶Bonorum.Quando ſuccedens per bonorum poſ. di-
catur ſuccedere contra,vel preter volūtatem defuncti, vide Bal.
in rub.C.qui admit.in vlti.q.Sed vtrum agnoſcens bon.poſ.vi-
deatur adire vide Bal.in rub.C.eo.in vij.q.

1 ☞Inſtrumentum,in quo dicitur,promiſit dare centum , ⁊ illa
centum poſita ſunt per notam importantem centum,exequitur.

1 **§.Notis.** Iſte §.†facit in arg.ſi in inſtrumento conti-
netur,promiſit dare centum florenos , quod
nō dz mādari executioni,vt hic.Ad hoc optime C.de teſt.auth.ꝙ
ſine.⁊ l.ij.§.pen.C.de vete.iu.enu.⁊ in cōfirmatiōe digeſtorū. icip.
Tanta circa nos.circa finem. §. eandem . In contrariū eſt caſus
ſ.de here.inſti.l.quoties.§.ſed ⁊ ſi quis pro centum.Sol. Quedā
ſunt ſigna inconſueta.⁊ ex illis non datur bonorum poſſe.vt hic.
Quedā ſunt ſigna vſitata,vt pro centū,vnū,centū.⁊ tunc ſufficit,
vt in contrario.Fallit in d.authen.quod ſine. C. de teſta. vbi de
rigore Imperator non vult,quod ſcribatur per notas.

LEX VII.

**SEruus.** Dicitur hic, ꝙ ſeruus poteſt petere bo-
norum poſ.quero vtrum dicatur de bon.
poſ.delata domino vel ſeruo? Dicit gl.de vtraqꝫ, vt in ea
patet. ¶Quero, vtrum alij quam domino , poſſit dari poſſeſſio
bonorū? Gl.ꝙ ſic,⁊ bene.Si enim abſenti ⁊ non petēti poteſt da-
a ri,multo magis poteſt dari ſeruo petēti. ¶Quero,qualiter ªde-
bet eſſe certus? Dicit gl.vt iudex,non vt priuatus,argu. l.illici-
tas.§.veritas.ſ.de offi.preſidis.⁊ ideo eſt cautela , quod hoc po-
natur in actis,quod iudex ſciens ipſum ſeruū ſic decernit . Pro
hoc,tex.in l.hec autem.j.qui.ex.cau.in poſ.eatur. Dicitur hic,ꝙ
bonorum poſſeſſio poteſt dari abſenti.⁊ non petenti , an querat
b incōtinenti? Uidetur ꝙ non,niſi ſequatur ᵇratihabitio,vt ſ.eo.l.
iij.§.acquirere.In contrarium quod incontinenti,ſi iudex voluit.
j.eo.l.penul.ſed ibi loquitur in minore,vt ibi dicam.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Quero qualiter. Not.quod iudex debet eſſe certus,
vt poſſit agnoſci bonorum poſſeſſio coram eo.⁊ vide not. Bal.in
rubr.C.qui admit.

b ALEX.¶Niſi ſequatur.Et idem tenet Bar.in l.iiij. §.hoc au-
tem.de dā.infec.⁊ dum dicitur hic quod non acquiritur bonorū
poſſeſſio petita pro abſente,niſi ſecuta ratihabitione, vide Bal.
aliter loquentem in ru.C.qui admit.in vj.q.

**§.Impubes.** Querit gl.quid de adulto,dic vt habe-
tur in gl.

1 ☞Scientia patris an noceat filio in bonorum poſſeſſione , ⁊ ſibi.
2 Scientia filij nocet ſibi vel patri.
3 Scientia patris vel tutoris an noceat pupillo.

**§.Dies.** Iſte §.habet duas lec.vna ꝙ habeas hic, ſit:a-
lia,ꝙ habeas,ſcit. Ad lec.prout eſt, ſcit, primo,
de eo ꝙ dicit de patre,op.ꝙ ſcientia patris nō nocet filio, vt j.ti.
ij.l.j.§.j.⁊ j.quis or.in bon.poſ.ſer.l.circa.⁊ l.cū filio.Sol.gl. duo-
bus modis,vno modo,ꝙ cedit dies ad cōmodū filij,vt poſſit adi-
re,nō quantū ad incōmodū.Hoc ꝙ dicit de tutore dubitaꝰ . Di-
cūt enim quidā,ꝙ ſcientia tutoris nocet pupillo.Ratio eſt,q2 cō-
tra patrem nō poteſt haberi regreſſus,ſed cōtra tutorē ſic. Hanc
rationē tāgit gl.in l.ſi infanti.§.ſi vero.C.de iure deli. ſed doc.idē
tenēt in tutore ꝙ in patre,vt cedat quo ad cōmodum,nō quo ad
incōmodum. Ita Dy.tenet hic,⁊ Cy.C.eo.l.bonorū. in ij.q.quod
maxime iuuatur hodie,per l.vlt.in fi.C.in qui.cau.in integ.reſti.
* nō eſt neceſ.⁊ etiā in l.j.e.ti.* ¶†Quero , hic dicitꝰ ꝙ ſcientia pa-
1 tris nō nocet filio,vtrū ſciētia patris noceat ipſi patri? Uidete,ſi
nos querimus ſecundū iſta tēpora,ſecundū que quicquid que-
rebat filius,querebat patri:puto ꝙ patris ſciētia ſibi noceat, nō
filio,vt l.is qui heres.§.fi.cū ſua gl.ſ.de acqui.here.Si vero que-
rimus ſecundum noua iura introducta per l.fin.C.de bo. que li.
tunc pater nō pōt acquirere ſibi pleno iure,niſi filio repudiante,
⁊ ideo ante repudiationem filij,tempus nō curret patri,vt C.eo.l.
2 vlt. ¶Sed quero,†vtrū ſcientia filij noceat ipſi filio? Reſpō.ſi lo-
quimur ſecundū iſta tēpora,ſecundū que filius nō poterat agno-
ſcere ſine patre bonorū poſ.tunc ſcientia filij nō nocet ſibi, niſi ſi-
cut noceret patri:ſed patri nō nocet ſecundū diſtinctionē poſitā
in l.fi.in prin.j.quis or.in bon.poſ.ſer.Si vero loquitꝰ ſecundū iu-
ra hodierna,ſecundū que filius poteſt petere, etiam contradicen-
te patre.l.vlt.C.de bo.que liber.tunc ſcientia filij nocet ſibi ⁊ pa-
tri,vt no.C.eo.l.j.j.quis or.in bo.poſ.ſer.l.vlt.licet Iac.de Bel.di-
cat cōtrariū.Dicit enim,ꝙ ſicut expreſſa repudiatio filij nō no-
cet patri,l.fi.C.de bo.que lib.ita nec tacita.Doc.dicunt cōtrariū
in l.j.C.eo.per hanc rationem. Sicut enim ſecundū antiqua tēpo-
ra,ſecundū q̄ filius minus iuris habebat,q2 omnia querebat pa-
tri,ſciētia filij patri nocebat,multo magis hodie , vbi plus iuris
hꝫ.Nō obſtat,ꝙ per repudiationē nō preiudicat patri , q2 ſecus
eſt in repudiatione expreſſa:aliud in tacita,que fit ex tēpore.Si-
3 mile in l.ſed ſi inter me ⁊ te.ſ.de ſer.vrb.pre.¶Iſta faciunt†ad q.
ſcientia patris ⁊ tutoris prodeſt ad commodum pupilli,vt dixi,
ergo idem erit hic.Dixi in l.qui duos.ſ.de reb.du. Predicta ve-
ra in repudiatione tacita ex tranſcurſu temporis:ſed in expreſſa
dicemus j.l.proxi.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS.¶L.j.eo.tit. Circa hoc vide quod di-
cit Alex.in l.poſthumo.C.de bon.poſ.cont.tab.

LEX VIII.

1 ☞Tutor an ſolus poſſit repudiare bonorum poſſeſſionem pu-
pillo delatam.
2 Repudiatio expreſſa patris vel filij,an noceat patri vel filio.

3 Repudiatio domini nocet ſeruo.
Abbas repudiat hereditatem delatam monacho.

a 1 **TVtor.** [a]Opp. gl. de l.ſi ad pupillum.ſ.de autho.tut.Due ſunt ſol.in gl.Una † eſt, ꝙ ſolus tutor nõ poteſt,ſed conſentiẽte pupillo ſic,ar.l.potuit,C.de iure delibe. meli⁹ in l.j.§.tutor.de ſucceſ.edi.Alia ſol.eit Azo.⁊ eſt no.ꝙ ſolus tutor non poteſt,vt hic:ſed tamẽ poteſt conſentiẽtibus amicis,⁊ iudice.Quid dicemus? Iſta opi.Azo.põt eſſe vera,recte intelligẽdo.q⁊ iſta repudiatio videt̃ quedã
b alienatio[b] iſtius iuris queſiti pupillo,id eſt,ſicut in alienatione rerum requiritur iudicis authoritas ⁊ tutoris,ita in hac repudia
* tiõe requirit̃ iudicis authoritas ⁊ tutoris,l.magis puto*.§.fundũ.ſ.de re.eo.Et ſi dicis,quod ibi loquit̃ in fundo legato.qui trãſit recta via in pupillũ,Reſpon.ꝙ licet bon.poſ.nõ tranſeat ipſo iure.vt ſ.e.l.j.⁊ ibi de hoc,tamẽ iſtud ius iudicat̃ mobile vel immobile,ſ.n id cui adiicitur,l.j.⁊.ij.C.ſi aduer.tranſact.⁊ l.ſi ad reſoluendũ. C.de predi.mi.⁊ no.per Dy.in l.põt pupill⁹.ſ. de autho.tu.Qd aũt dicit Azo.ꝙ requirat̃ amicorũ requiſitio.intelligit̃ ſecũdũ.l.magis puto.§.nõ paſſim.ſ.de re.eo.⁊ q⁊ antequã fiat aditio vel repudiatio interrogabunt̃ cõſanguinei.⁊amici,an hoc expediat pupillo,vel non,vt ibi dicit̃.¶ Op.dicitur hic,ꝙ tutor poteſt petere,nõ repudiare.Contra,ille qui poteſt acquirere.põt repudiare,l.qui põt.j.de reg.iur.⁊ l.is põt.ſ.de acqui.her. Sol.dicit gl.illa regula fallit in his adminiſtratoribus:q⁊ nõ vident̃ tutores,cũ pupillũ ſpoliant.Gl.iſta dicit bene.Sed dic clarius, q⁊ ꝙ dicit̃ in l.qui põt.eſt verũ in eo,qui ſuo nomine põt acquirere, q⁊ ille põt repudiare niſi etas ſit impedimento:ſed ille qui hʒ acquirere nomine aliorũ,nõ põt repudiare,vt hic. De hoc vide qd
2 no.C.eo.ti.l.bonorũ.i ij.op. ¶ Quero † vtrũ[c] expreſſa repudiatio
c filij noceat patri,vel repudiatio patris noceat filio? Habetis tex. in l.is qui.§.fi.ſ.de acqui.he.vbi dicit̃ ꝙ non nocet,⁊ hoc ſecundũ hec iura:ſed hodie plus,q⁊ vnius repudiatio aliis proficit,q⁊ ſi
3 vn⁹ repudiat,alius hʒ,l.ſi.C.de bo.q̃ li. ¶ Quero,† vtrũ repudiatio domini noceat ſeruo, vel econuerſo? Text.ꝙ ſic in l.legatũ.ſ. de le.j. Pro hoc etiã. j.de ſucceſ.edict.l.j.§.per ſeruũ. ¶ Ex hoc e
d tiam concludetur,[d] ꝙ hereditatem delatam monacho, poterit ab
e bas repudiare:[e] non autem monachus, equiparando monachũ ſeruo,vt no.in l.cum heredes.§.fi.j.de acqui.poſ.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Tutor. Ad hanc legem vide Bal.in d.rub.in.vj.q.
b ALEX. ¶ Quedam alienatio. Repudiatio eſt alienatio,⁊ in ea requiritur decretum iudicis,⁊ authoritas tutoris ⁊ vide quod no. Bal.in l.pupillorũ.C.de repu.here.⁊ tex.in l.iij.§.ſi quid minor.ſ. de mino.Sed vtrũ cũ decreto iudicis poſſit ſolus tutor repudiare,videt̃ quod ſic,ſi impubes nõ poteſt conſentire, vt quia eſt infans,vel videtur eius voluntas neceſſaria,quia ſi requirit̃ in aditione,d.l.potuit multo magis in repudiatione. ⁊ per hoc habes maximam limitationem ad l.j.§.tutor.de ſuc.edi.⁊ ad hãc l.⁊ iſtis adde omnino Bal.in l.bonorũ.i iij.q.C.qui admi. ¶ Adde quid ſi tutor repudiauit,⁊ alius adiuit,⁊ fructus longo tempore percepit,deinde apparet quod tutor repudiare non potuit , an heres.qui adiuit, teneatur ad fructus , ⁊ ſi ſoluit creditoribus, an poſſit retinere in reſtitutiõe hereditatis? vide Ro.in.conſi.cxlix.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ L.magis puto. Iſtud reprehendit Are.in l.legatum.la j.col.pe.ſ.de leg.j.
c ALEX. ¶ Quero vtrũ? vide Bart.in l.j.qui admi.⁊ ſ.l.proxi.§. fi.ad fin.⁊ ibi Bald.
d POMA. ¶ Ex hoc concludetur. Adde ꝙ iſta opinio eſt communis per Alex.in l.legatum.de leg.j.vbi late.
e ALEX. ¶ Abbas repudiare. Abbas repudiare poteſt hereditatẽ delatã monacho,vide Bald.in l.ex repudiatiõe.C.de fidei.in l.j.in x.q.C.qui admi.⁊ in l.cõtra iuris.§.j.de pact.⁊quod ibi ſcripſi poſt eum,⁊ in l.bonorũ.in v.q.C.qui admit.⁊ in l.pen.C. de repu. hered.⁊ Can. in c.i preſentia.de proba. ⁊ Cy.in l.Deo nobis. de epiſc.⁊ cle.⁊ Bal.in l.is qui heres.§.fi.de acquir. hered.⁊ iſta opi.videtur verior,quia monachus non habet velle,neque nolle. ca.ſi religioſus de ele.in vj.⁊ vide not.per Bal.in l.fin.in prin.de bo.que li.Adde Ang.conſi.lxxx.⁊ xcj.

LEX X.

1 ☞ Peritorum copiam ſi quis ſe non habuiſſe dicit, an ei vel aduerſario incumbit onus probandi.
Periti preſumuntur eſſe in loco inſigni.
2 Locus inſignis quis dicatur.
3 Sciens conſanguineum proximiorem defunctũm preſumitur ſcire hereditatem ſibi eſſe delatam.
4 Credens conſilio alterius,ſi per ſe ſcire non debet,excuſatur.
Aſſeſſor non tenetur ſequi conſilium alterius.

a **IN bonorum.** [a]Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo ponit exemplũ in bo.poſ.ex teſtamento.Tertio in bonor.poſ.ab inteſt.Secunda ibi.⁊ ideo. Tertia ibi, ſatis eſt enim.No.ibi,copiam,⁊c. Opp.⁊ videtur.quod iſta diſtinctio,potuerit,vel non potuerit conſulere peritiores, non debeat fieri, l.regula.§.ſed iuris.ſ.de iur.⁊ facti igno.Dicit glo.quod hec diſtinctio ſit,quando tractamus de lucro,alias ſecus,vt in contrario.Idem dicit Dyn.in c.iuris ignorãtia.de reg.iur.lib.vj. ⁊ etiã
1 no.in cõtrario. ¶ Dicitur hic,† copiam que eorum.quero.quis debet probare,an ego,aduerſariũ habuiſſe copiã.an ipſe aduerſarius,ſe non habuiſſe copiã? Videte,nos habemus tex. dicentẽ ꝙ in ciuitatibus,⁊ locis inſignib⁹,vt ſi eſt caſtrũ nobile.eſt preſumptio,ꝙ ibi ſit copia peritorũ.vt eſt tex.in c.ſtatutũ.extra de reſcr.
2 lib.vj. ¶ Sed tunc quero,† quis dicat̃ locus inſignis? Reſpond. tex.dicit,vbicunqȝ eſt cõmunantia,vel caſtrũ, quod habeat forũ iudiciorũ,⁊ habeat merũ ⁊ miſtum imperium,dicitur locus inſignis.vt l.ſi duas.§.decet autem.ſ.de excu.tut. Et per hoc debet intelligi,qd alias dixi vobis,ꝙ imputatur alicui cur nõ miſit procuratorem:ꝙ debet intelligi,ſi inueniebat procuratorẽ ſufficientem,l.idemqȝ.in fi.prin.ſ.pro ſo. Utrũ autem debeat reperiri,⁊ an preſumatur ſufficiens,ex qualitate loci preſumitur,vel nõ. di
3 ſtinguendo vt ſ.dixi,tene mẽti. ¶ Ultimo hec † lex facit ad id qd dixi vobis in l.qui duos.ſ.de reb.dub.ꝙ eo ipſo. ꝙ quis ſcit proximiorem cõſanguineum,⁊ illũ defunctum , ⁊ de cuius ſucceſſione tractat̃,preſumitur ſcire ſibi eſſe hereditatem delatã. ¶ Itẽ facit,
4 † ꝙ qui conſuluit peritiorẽ,⁊ eius conſilio facit , debet ei credere: no dicas debet,quod importat neceſſitatem.q⁊ alterius conſilij qs nõ tenet̃ ſequi,l.Titiũ ⁊ Meuiũ.in prin.de admi.tut.Sed
b ꝙ debet credere ſic,[b]vt ſi credit , habeat iuſtã cauſam credendi, ideo ſi errauit,habet iuſtã cauſam erroris,vt eſt tex.hic:quod tene mẽti.⁊ hoc in perſonis,que non debent ſcire per ſe. Pro hoc tex.hic,⁊ in l.regula.§.ſed iuris.ſ.de iur.⁊ fact.igno. Nam ſi vir aſſeſſor petit conſilium ab alio,certe credendo conſilio illius:non habet iuſtam cauſam ignorantie:q⁊ per ſe debet ſcire, ⁊ ideo im
* peritia ſibi imputatur,*l.imperitia.j.de reg.iur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ In bonorũ. Dicit̃ hic qs dicatur locus inſignis,⁊ vide Inn.in c.ſtatutum. de reſcri. in vj.in verſic. ciuitatibus, Et omnino Bal.in l.iuris.C.qui admi.⁊ ibi hʒ etiã qs dʒ probare,⁊ vide Bar.in d.l.idem que.pro ſocio.⁊ Bart.in l.ſi ab hoſtibus.§. ſi.ſol.mat. Adde tu etiã ad Bar . hic, Are.in c.intelleximus.de iu.
b ALEX. ¶ Debet credere ſic. Et ideo dicit Pe.de anch.in cle.ne Romani de elec.in prin.ꝙ habẽs pro ſe opi.doc.excuſat̃ ab expẽſis.quaſi habeat iuſtam cãm litigandi:nam doc.habent authoritatẽ a iure interpretandi conſtitutiones,⁊ iura,hoc habent ꝙ eorum authoritates ſunt pbabiles,⁊ in ſcriptis redigẽde.vt not.de poſtu.prela.c.j.⁊ C.de profeſ.q in vr.Conſtantino.l.j.lib.xij.⁊ hic adde Bal.in l.iuris.C.qui adm.ibi tñ limitat iſtã queſtio.⁊ dicit per hanc l. Bal.ꝙ notarius qui debet facere teſtm̃.ſi in conſ.ſapientis ſi appoſuit non apponenda de conſi.ſapientis non tenetur de falſo,q⁊ excuſatur credendo ſapienti.⁊ illud ꝙ ſ.dixi ſm̃ Pet.de anch.limitat Ant.in c.finem.de do.⁊ contu.niſi opi.doc.eſſent cõtra communem opi.vide que dixi poſt Imol.in l.ſi.de re.iu.⁊ not. Ino in l.qui ante Calendas.de ver.obl.⁊ ꝙ nõ excuſetur iudex ſi credat alteri imperito,tenet Bal.in l.ſi conuenerit.de re iu. cum concor.⁊ ibi dixi poſt Ino. Adde ꝙ conſ.doctor.excuſat expenſis, Pe.de anch.conſi.cxxiiij.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Imputatur. Ad hoc vide Fel. de quarta.de preſcrip.

LEX XII.

**NOn eſt ambigendum.** Opp.imo quilibet admittitur cũ fiſcus vltimo veniat,vt C.de cadu.tol.l.vnic.§.pe, Sol.vt in gl. ¶ Sed quero quare magis dicis de iſtis,quaȝ de aliis? Reſpon.q⁊ iſte perſone videbantur admitti iure quodã ſpeciali,⁊ ideo facilius videbantur excludi.l.eius militis. §.militia.ſ.de teſta.mili. ¶ Ultimo gl.querit vtrum inter fiſcum ⁊ rempublicam ſit differentia? Et dicit ꝙ non.⁊ de hac queſtio.ponunt doc.in l.Reſpublica.C.ex qui.cau.ma.⁊ tangitur in rubr.C.de iure fiſci.lib.x.⁊ in auth.de here.⁊ Fal.in princ. Sed melius quam per alium ponitur per Sul.C.communia de ſuc.l.j.

**§.Ubicunqȝ.** Opp.de l.j.§.⁊ ſu.de contra tab.⁊ l.ſi cum patrono.§.j.ſ.eo.gl.ſoluit,⁊ bene,⁊ eodem modo ſol.Iuſti.eo.ti.in prin.Uel clarius,q⁊ quando aliquis prohibetur de iure ciuili in odium ipſius,tunc non admittitur, vt hic. Sed ⁊ ſi prohibet pretor propter aliquod delictum tunc poteſt admitti de iure pretorio. Ita no.Dyn.in c.cum quid vna via.de reg.iur.lib.vj.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

LEX XIII.

Dicto, No. ex hac l. que ſit cauſa capitalis. Simi-le in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ſupra qui ſatiſ. cogan. ꝛ in l. ij. de publi. iudic.

LEX XIIII.

1 Agnoſcere bonorum poſſeſſionem videtur quis, quando eſt certus de viribus teſtamenti, ꝛ illud[d] dicit falſum.
Certus quando quis poſſit eſſe teſtamentum eſſe falſum, quando dicitur falſum facto alieno.
2 Proponens querelam inofficioſi, in dubio videtur proponere animo adeundi.
3 Certus de teſtamento, ſi proponit nullitatem teſtamenti videtur adire.

a
1 Cum quidam.[a] Qui dicit teſtamentum † falſum, videtur bo. poſ. agnoſcere, ſi de teſtamenti viribus certus erat h. d. no. lex. Op. extra gl. dicitur hic, quod forte erat certus accuſationis. Contra, quando teſtamentum dicitur falſum facto alieno non poſſum eſſe certus, l. cum falſum. ſ. de acq. her. Sol. Oportet te intelligere ſic, quod proferebatur teſtamentum factum certa die: ego ſum certus quod iſtud teſtamentum eſt falſum, quia tota illa die fui Rome cum teſtatore. Iſta eſt reſpōſio Accurſij in ſimili in l. Pantonius. §. rei. ſ. de acq. her. Secundo opponitur extra gl. de l. quē admodum. ſ. de inoff. teſtam. vbi agendo de inofficioſo, non videtur agnoſcere hereditatem. ꝛ de l. Antiſtius. ꝛ quod ibi per Dy-
a num. ſ. de acq. her. Sol. † Aduerte, quando eſt certuz, quo animo
b quis proponit querelam.[b] vel actionem falſi, vel nullitatis, tunc ſtamus certo, vt in legibus contrarijs. Si vero eſt dubium, quid tenendum? Dic quod in querela inofficioſi in dubio videtur proponere animo non adeundi, l. Antiſtius. ꝛ d. l. quemadmoduz. Et hoc puto verum. Ratio, qꝛ tunc cum querelam propono, ſi vellez tunc adire, non poſſem ab inteſtato, quia tunc teſtamentum durat. l. quandiu. de acqui. her. ꝛ l. antequam. C. communia de ſucceſ. ideo non propono vt adeam, ſed vt parem mihi viaz adeūdi. Pro hoc quod no. in l. j. §. ſꝫ ſi parendi. ſ. de cond. ob cau. ꝛ l. iam dubitari. de her. inſt. Sed quando propono querelam falſi, tunc ſi ſum certus de viribus teſtamenti. quod eſt falſum incontinenti poſſez adire, ſi vellem, l. cum falſum. ſ. de acq. here. ꝛ incontinenti poſſem proponere bo. poſ. vt hic, ideo ꝓponēdo videor agnoſcere, vt hic. arg. l. iam dubitari, ꝛ ibi no. de her. inſti. Si vero non ſum certus de viribus teſtamenti, tunc idem ꝙ in querela inofficioſi, qꝛ nō videor proponere animo adeundi, arg. l. quemadmodum de inof. teſt.
3 ꝛ l. Antiſtius. prealle. In iure vero † dicendi nullum, dico idem qꝺ in cauſa falſi, qꝛ ſi quidem cauſa nullitatis reddit me certū, tūc ſtatim poſſum adire, nec eſt neceſſe ꝙ petā annullari a iudice, qꝛ ius annullat. l. que ſub conditione. §. fi. ſ. de cond. inſti. ꝛ ideo cum propono nullitatem, videor adire, l. ſuus. ſ. de acq. her. Si vero ſum incertus de nullitate, tunc idem quod in querela inofficioſi, vt dixi in querela falſi, qꝛ nō ſum certus de virib9 teſtamēti, ꝛ ſic nō poſſem adire. l. ſed ꝛ ſi de ſua. de acq. he. Op. ad allegata. in gl. ꝙ prouidēdo in vno, nō videor prouidere in alio, l. ſi ſeruus. j. vi, bo. rapt. ꝛ no. ſ. de alie. iud. mu cau. fac. l. itē. in prin. Dixi in l. ſi ſeru9. Sꝫ op. ꝙ imputetur hic, cur ſimul ꝛ ſemel oēs non propoſuit, ſicut dicimus in tutore, cui imputatur, ſi omnes excuſationes non propoſuit ſimul, l. ſcire. §. ſcire. ſ. de excu. tut. ꝛ Inſtit. de excu. tut. §. qui autem. Sol. vt in gl. ꝛ idē puto hodie, cum proponendo excuſationē ſufficit, vt videat agnoſcere, vt hac lege, hic loquitur qñ fuerunt propoſite intra tempus, intra ꝙ poſſunt proponi. Quero quid ſi fuerunt propoſite poſt. Hic ſunt due gl. que videntur ſibi contrarie. ꝛ eſt prima glo. ꝛ vltima. Sed veritas eſt, quod prima gl. loquitur quando de viribus teſtamenti erat incertus, ideo tēpus non currit, ſed ſecunda gl. loquitur, quando erat certus de viribus teſtamenti, ideo ſi intra tempora non propoſuit, ſibi imputatur, ꝛ tempus currit.

ADDITIONES.

a ALEX. Cum quidam. Vide Bal. in l. j. C. de iure delib.
b ALEX. Proponit querelam. Adde Bar. in l. poſthumus. §. fi. ſ. de inoffi. teſta. ꝛ vide l. iij. ꝛ ibi no. per. Bal. C. de repu. he. per Ino. in l. filio preterito. de iniu. rup.

LEX XV.

Paulus. No. tex. ibi, niſi is qui ꝛ c. Opp. ꝙ per matrē acquirat dominiū filio. l. die ſpōſaliorū. ſ. depōſi. ergo ꝛ bo. poſ. Bl. ſol. ſed non placet. quare, dic, ꝙ dominium acquiratur filio, verum eſt, ratihabitione ſecuta, ꝛ ita hic eſſet. Itē op. ad finem hic innuit, ꝙ impuberi queritur incontinenti, ſi iudex vult. Contra. ſ. eo. l. iij. §. ac-
a quirere. Sol. Credo hoc verum in impubere[a] in cuius perſona poteſt iudex officium tutoris aſſumere l. bonorum. C. eo. tit. ſed in impubere maiore, non credo quod queratur ſine ratihabitione. vt lege contraria, ꝛ ita intelligo, l. ſeruus. ſ. eo. ti.

ADDITIO.

a ALEX. Verum in impubere. No. quod ſi aliquis agnoſcit bono. poſ. pro pupillo ſine mandato, ſibi queritur ante ratihabitionem, ꝛ hic erit caſus in quo hodie erit neceſſaria bonorum poſſ. pro quo vide quod dixi poſt Bart. in l. certum. C. vnde leg. ꝛ not. Bal. in rub. C. qui admit. in vj. q.

LEX XVI.

Quoties. In tex. ibi, ceperit, ſcilicet poſt ratihabitionem. Opp. de l. ſi quis alicui. ſ. de acq. her. Sol. Hic habuit ratum antequam in furorem incideret. ꝛ hoc quod dicit ratum habuiſſe, intelligo de iure, quia valet ratihabitio.

TITVLVS II.

Si tabulæ teſtamenti extabunt.

Circa Rubricam gl. querit tres queſtiones. Primo in quo differt iſte titulus a titulo, ſi tab. teſ. nulle extabunt. Secundo, que ſunt cōmunia, ꝛ in quibus conueniūt bon. poſ. ſecundum ꝛ contra tab. Tertio, que ſunt illa, in quibus differt. bo. poſ. contra tab. ꝛ bo. poſ. ſecundum tab. Dic vt in gloſ.

LEX VNICA.

1 Scriptum proprie non dicitur, quod ſenſu percipitur.
Teſtis, qui reddit rationem per verbum credit, non probat.
2 Inſtrumentum ſi a principio producitur non cancellatum, nec vitiatum, ſi poſtea appareat vitiatum non nocet.
3 Hereditas de iure ciuili adiri poteſt. ꝛ legatum debetur licet teſtamentum ſit inconſulte deletum.

1 Heredi. No † quod non pōt dici proprie ſcriptum, ꝙ ſenſu non percipitur, ſed oculis debet videri. Simile in l. j. circa prin. ſ. de his que in teſt. delen. quod facit ad dictū teſtis qui reddit rationem per credit, qꝛ nō valet, ſed deberet dicere, qꝛ vidit, vel audiuit, vel per aliquē ſenſum corporeum. Facit l. qui teſtamento in fi. ſ. de teſt. ꝛ p r Ino. in c. cum
a cauſam. extra. de teſti. Secundo. no.[a] ꝙ ſufficit inſtrumētū nō eſſe cancellatū, nec vitiatū tempore quo producitur in iudicio, ꝛ licet poſtea reperiatur vitiatū, non nocet, vt hic: ꝛ ideo ſi reperiatur in libro notarij, talis producit inſtrumentū nō cancellatū nec vitia-
b tum, ſi poſtea reperiatur cancellatum, nō nocet,[b] qꝛ ſufficit fidem imponi chartule in initio, vt C. de fide inſtru. l. vlti. ꝙ tene menti. Opp. ꝙ ſi deletum eſt teſtm̄, non detur bo. poſ. l. noſtram. C. de teſta. vbi no. ꝙ ſufficit teſtamentum extare tēpore mortis. Sol. Hic inconſulto fuit deletuz, ibi vero, conſulto, vt plene no. in l. j. de his que in teſt. delen. Item op. de l. j. §. ſed ſi legi. ꝛ §. j. ſ. de his que in teſt. delen. Sol. hic quantum ad bo. poſ. ſm tab. ſed quantū ad legata, vel ad hereditatem non procederet hec lex. qꝛ licet teſtamen-
3 tum ſit inconſulte deletum, legata † debent, ꝛ adiri pōt hereditas de iure ciuili. no. in l. j. §. ſed conſulto. ſ. de his que in teſt. delē. Vltimo vide glo. que incipit, id eſt, ex preſumptione. ibi ar. contra. de codi. l. fi. Sol. iſta concordat. Item ibi l. errore. ſed hic fuit nomen heredis ſcriptum, ibi fuit omiſſum, heres eſto. vel ibi, quātum ad aditionem de iure ciuili, hic quantum ad bo. poſ. ſecundum tab. vt ſ. dixi: ſed prima plus placet.

ADDITIONES.

a AND. BARB. Secundo no. Et vide Bal. in l. certum. prope prin. vnde legit.
b ALEX. Non nocet. Si reperitur in lib. notarij, talis produxit inſtrumentum non cancellatum, non nocet. Et vide Bald. in l. ij. vnus. in fi. ꝛ l. noſtram. C. de teſta. ꝛ in l. geſta. in fi. de re iudi.

TITVLVS III.

De bono. poſſeſ furioſo, infanti, muto,
ſurdo, cœco, competenti.

Dicit de Bo. poſ. in genere, ſed qꝛ eſt tractaturus de bon. poſ. in ſpecie que datur quinque perſonis hic enumeratis, de primis duabus dicitur in l. j. de alijs dicitur in l. fi.

LEX I.

1 Curator furioſi agnoſcit bonorum poſſeſſionem ad furioſi commodum.
2 Subſtitutus admittitur quando inſtitutus differt adire, nec contra eum poteſt ſubueniri.
3 Bonorum poſſeſſio que defertur infanti eſt iuris, ꝛ trāſmittitur.